vt ſupꝛa adhibitos ad predicta oĩa ⁊ ſingula ſupꝛaſcripta teſtes
eſſe ⁊ ſubſcriptiones ſuas ⁊ ſigilla ſcd̃m iuris oꝛdinẽ ſubijcere et
apponere. Et hoc infraſcripto mõ facies ſubſcribere teſtes: et ſi
neſciunt grãmaticam ſcribant vulgariter.

¶ Subſcriptiones teſtiũ in teſtamento.

¶ Ego Jobẽs oliꝫ ſimonis aromatarius ppl'i ſcĩ Petri ſcheradij
de Floꝛẽtia vna cum infraſcriptis Blaſio Petro Gabꝛiele Floꝛia
no Dñico Baptiſta ⁊ Bernardo oĩbus teſtibus ꝓpꝛio oꝛe dcĩ te/
ſtatoꝛis vocatus adhibitus ⁊ rogatus in teſtẽ huic pñti teſtamẽ
to ⁊ vltĩe volũtati ⁊ ei⁹ recitatiõi interfui ⁊ in fidẽ oĩm p̃miſſoꝝ
me ſubſcripſi ſolitoqꝫ meo ſigillo ſignaui ſigillũ meũ ꝓpꝛiũ hñs
ſculptum in eius circulo caput ſarraceni ⁊ in vna ex coꝛdulis ce/
re pendentis cum ſalimbacha impꝛimens ⁊ apponens.

¶ Ego Blaſius de gerardis ppl'i ſcĩ Simonis de Floꝛ̃. vna cũ ſu/
pꝛaſcripto Jobẽ ⁊ infraſcriptis Petro Gab. Flo. Do. Bap. ⁊ Ber.
oĩbus teſtib⁹ ꝓpꝛio oꝛe dcĩ Gerardi teſtatoꝛis vocatus adhibi/
t⁹ ⁊ rogat⁹ in teſtẽ huic pñti teſtõ ⁊ vltĩe volũtati ⁊ ei⁹ recitatiõi
interfui: ⁊ ĩ fidẽ oĩm p̃miſſoꝝ me ſubſcripſi ſolitoqꝫ meo ſigillo ſi
gnaui: ſigillũ meũ ꝓpꝛiũ hñs ſculptũ in ei⁹ circl'o ſcutũ cũ armis
mee familie vꝫ. crucẽ cũ. iiij. ſtellis ĩ vna ex coꝛdulis cere pẽdẽtis
cũ ſalĩbacha ĩpꝛimẽs ⁊ apponẽs. Et ſic ſucceſſiue ſubſcribãt reli/
qui teſtes vocãdo in cõteſtes ſuos tam ſupꝛaſcriptos q̃ꝫ infra ſe
ſcribendos. Nec refert ſi oẽs eodẽ ſigno ⁊ ſigillo ſignarent.

¶ Ego. L. ciuis ⁊ notari⁹ Floꝛ̃. impialiqꝫ auc̃te iudex oꝛdinarius
notariuſqꝫ publicus: p̃dictis oĩbus ⁊ ſingulis dũ ſic agebant̃ in/
terfui: ⁊ ꝓpꝛio oꝛe dcĩ teſtatoꝛis vocat⁹ adhibitus ⁊ rogatus: pꝛe
dicta oĩa ⁊ ſingula ſupꝛaſcripta de eius volũtate ⁊ mãdato ſcri/
pſi ⁊ publicaui ⁊ in hãc publicã foꝛmã redegi ⁊ coꝛam dicto teſta
toꝛe ⁊ dictis teſtibus ad eoꝝ clarã intelligentiã recitaui ⁊ legi: ⁊
in fidẽ oĩm ⁊ ſinguloꝝ p̃miſſoꝝ me ſubſcripſi ſignũqꝫ meũ ⁊ etiã

ſigillũ apposui consuetum: ꝛ ꝓpriũ hñs ſculptum in eius circulo ſcutum cũ armis mee familie vꝫ· tria capita boum ad vnã ex cordulis cere pendentis in ſalimbacha imprimens et apponens·

¶ Et nota ꝙ ſiquis vellet cõficere teſtamentũ ſolẽne in ſcriptis: facias ꝙ teſtator ſi ſanus eſt vel ſcit aut põt ꝓpria manu in mẽbranis ſcribat voluntatẽ ſuã: in qbus vndiqꝫ remaneãt margines ꝛ ſeu ſpatia quatuor digitoꝝ ꝑ latitudinẽ· Si ꝟo infirm⁹ aut ignarus lraꝝ vel nõ poteſt ſcribere alicui cõmittat vices ſuas· ꝛ poſtea ipſum claudat ꝛ apponat ſuã ſigillum: ꝛ ſic clauſum ſubſcribãt ꝛ ſigillẽt teſtes: ſed hoc eſt periculoſum: quia tot ſolennitates de iure requirunt̃: vt etiã peritiſſimi in eis celebrandis errauerint ꝛ in forma peccauerint obmittendo ſolẽnitates debitas· qre tibi cõſulo vt poti⁹ vtaris teſtõ nũcupatiuo ſine ſcript°·

¶ Reuocatio teſtamenti·

¶ Gerardus ꝛc· Cõſtitutus ꝑſonaliter in pñtia ſupraſcriptoꝝ teſtiũ· Fac ꝙ ſint ſeptem teſtes: ꝛ mei· L· notarij infraſcripti: dicẽs ꝛ aſſerens ſe oĩo penitere de quodã teſtõ ꝛ vltima voluntate per dictũ Gerardũ facto et celebrato vt dixit: rogato ꝑ et manu dñi Juliani de ripa ciuis ꝛ notarij Florẽtini de anno dñi proxime preterito· M· cccc· lxxx· ꝛ die· x· menſis Julij dicti anni ſeu alio veriori tpe in dcõ inſtr̃o cõtento: oĩ meliori mõ vĩa iure cã ꝛ forma quibus magis ꝛ meli⁹ potuit ꝛ ei licuit ꝛ lꝫ: deliberate ꝛ ex certa ſciã ꝛ non per errorẽ aliquẽ iuris vel facti: ipm̃ teſtm̃ et oĩa et ſingula in ipſo contenta et diſpoſita necnon omnia et ſingula ꝛ quecũqꝫ alia teſtamenta codicillos ꝛ vltimas voluntates ꝑ ipam vſqꝫ in pñtem diẽ factas ꝛ celebratas ꝛ facta ꝛ celebrata ꝑ ꝛ manu cuiuſcunqꝫ notarij: ꝛ oĩa ꝛ ſingula in ea ꝛ eis contenta ꝛ qõlibꝫ eoꝝ et quamlibet eorum partem caſſauit reuocauit irritauit ꝛ annullauit: ꝛ caſſa irrita et nulla et nullius valoris efficacie vel effectus eſſe voluit declarauit ꝛ mandauit: Non obſtantibus qbuſcunqꝫ verbis derogatorijs penalibus vel preciſis in dictis teſtamẽtis codicillis ꝛ vltimis voluntatibus qũolꝫ appoſitis: de quib⁹ dixit ꝛ aſſeruit dictus Gerardus ſe ad pñs nõ recordari ꝛ ſe omnino

penitere hmõi verba appoſuiſſe: Dicẽs ⁊ aſſerẽs ꝓteſtãs ⁊ affir/
dictus Gerardus ſe ꝑnũc velle decedere inteſtatũ. Rogans ⁊c.
Ego vidi diſputari: vtꝛ͂ hec reuocatio poſſit fieri de iure: cũ re/
gulariter teſtm̃ non poſſit reuocari niſi ꝑ aliud teſtamentũ.

¶ Donatio cauſa mortis.

¶ Anibal olim camilli ciuis Flor. ſan⁹ ꝑ dei grãz mẽte ſenſu cor/
pore viſu ⁊ intellectu: ſciẽs ſe mortalitati ſubiectũ ⁊ qñqꝫ moritu/
rũ. Uel ſi egrotat: ſanus ꝑ grãz dei mẽte ſenſu ⁊ intellcũ: lꝫ corpe
languẽs: ac mort' ꝓxime periculũ timẽs: nõ vi dolo vel metu ſeu
aliqua ali machinatiõe circũuentus: ſꝫ ex ei⁹ mera ⁊ libera volũ/
tate ⁊ ex certa ſcĩa ⁊ nõ ꝑ errorẽ aliquẽ iuris vel facti ⁊ oĩ meliori
mõ via iure cã ⁊ forma qbus magis ⁊ meli⁹ potuit ⁊ ei licuit et lꝫ
ex titulo donatiõis cã mortis ⁊ poſt ei⁹ mortẽ dedit donauit tra
didit ⁊ ꝯceſſit Bindaccio raynerij de ricaſolis ciui Florẽtino ibi
dẽ pñti ⁊ ꝓ ſe ⁊ ſuis heredib⁹ ⁊ ſucceſſoribus ⁊ cui vel qbus iura
ſua ꝯceſſerit recipienti ⁊ ſtipulãti Unã domũ ⁊c. Ponas cõfines
bonoꝝ. ad habendũ tenendũ vtendũ fruendũ ⁊ poſſidendũ ⁊ qc
qd dcõ Bindaccio donatario ⁊ eius heredibus ⁊ ſucceſſorib⁹ deĩ
ceps ſecuta morte dcĩ Anibalis donatoris placuerit ꝑpetuo faci
endũ. Que bona ſupra donata dict⁹ Anibal cõſtituit ſe precario
noĩe ⁊ iure tenere ⁊ poſſidere pro dicto Bindaccio ⁊ ei⁹ heredib⁹
⁊ ſucceſſoribus: donec dictoꝝ bonoꝝ tenutã ⁊ corpalẽ accepit et
ſeu acceperint poſſeſſionẽ. quã accipiẽdi adipiſcẽdi intrãdi ⁊ de
inceps retinẽdi etiã ſua ꝓpria aucte ⁊ ſine licẽtia aucte vel decre
to alicuius iudicis officialis vel curie eiſdẽ licentiã oĩmodã con
tulit atqꝫ dedit ſtatim ſecuta morte dicti Anibalis. Et ex cã dcẽ
donatiõis cã mortis: dictus Anibal dedit ceſſit ⁊ conceſſit trãſ/
tulit ⁊ mãdauit dicto Bindaccio vt ſupra recipienti ⁊ ſtipulanti
ꝓ ſe ⁊ ſuis heredib⁹ ⁊ ſucceſſoribus ⁊ cui vel quibus iura ſua con
ceſſerit oĩa ⁊ ſingula iura ⁊c. Extẽde vt ſupra in venditiõibus et
in ceſſiõibus ⁊ alijs ſiĩbus inſtrĩs. Uolens atqꝫ paciſcens dict⁹
Anibal donator ꝑdictus qꝫprimũ ſecuta ei⁹ morte dcm̃ petiũ ter
re ⁊ bona vt ſ͂ donata pleno iure dominij ꝓpetatis ⁊ poſſeſſiõis

pertinere ⁊ ſpectare dicto ⁊ ad dictū Bindacciū donatariū predi
ctū·que oīa ⁊c·Extende gn̄alitates vt ſupra:⁊ non apponas pe-
nam niſi de expreſſa voluntate donatoris:cum ſit cā lucratiua·
Nunc ỽo ſubdam quoſdā actus iudiciales qui ſūt magis in vſu:
Et primo de ſumptibus ⁊ inſinuationibus·

¶ Cōmiſſio citatiōis ad videndū cōmitti ſumi ⁊ exēplari·
¶ Ad petitionē ⁊ inſtantiā Bonacburſij olim brāchatij de beni-
tijs de Florētia ſuo noīe ꝓprio ⁊ ꝑ ⁊ vice et noīe ⁊ ſeu noīb⁹ Mi-
chaelis ⁊ Hieronymi fratꝝ et filioꝝ dicti Bonacburſij iam aucte
infraſcripti priuilegij ⁊ reſcripti impialis legitimatoꝝ et natali-
bus reſtitutoꝝ ꝑ nobilē virū Gerardū natū quondā bo·me·dn̄i
Philippi de Florētia·Supradictus dn̄s poteſtas ꝓ tribunali ſe-
dens ad ei⁹ ſolitū iuris banchū ꝓ iure reddēdo vt moris eſt:Ui
ſo quodā publico ⁊ auctentico inſtrumēto priuilegij ⁊ reſcripti
⁊ indulti imperiali bulla cerea ad filū ſerici azurri et crocei colo-
ris more impialis curie pendente ſano ⁊ integro ⁊ oī ꝓſus ſuſpi
tione carente:ꝑ qd̄ ꝯtinet̄ ⁊ apparet in effectu:qualr ſereniſſim⁹
princeps ⁊ dn̄s dn̄s Robertus diuina fauente clementia Roma
noꝝ impator ⁊ ſemꝑ auguſt⁹ ac Boemie rex:ſub data Padue die
ſexta menſis Martij Anni dn̄i·M·cccc·lx·fecit conſtituit ⁊ decla
rauit dn̄m Philippū de corſinis de Florētia militē ⁊ legū docto-
rem Florentinum:eiuſqꝫ filios ⁊ deſcendētes legitimos ⁊ maſcu
li ſexus ſacri Lateranenſis palatij comites : ſibiqꝫ ſuiſqꝫ filijs et
deſcendentibus antedictis imꝑpetuū cōmiſit ⁊ ꝯceſſit auc͠tem et
ꝑtātem ꝑ totū Romanū impiū iudices ordinarios tabelliones ⁊
notarios publicos ꝯſtituendi ordinandi ⁊ faciendi ⁊ creādi:nec
non naturales filios ſpureos natos inceſtuoſos ⁊ manſeres ſiue
adulterinos ⁊ etiā ex quocūqꝫ dānato coitu natos legitimandi:
⁊ ad oīa iura legitima reſtituendi:⁊ predictam maculā geniture
abolendi ⁊ alia faciendi in predictis opportuna·Et ſic ponas ea
que in effectu continent̄ in tali inſtr̄o ſiue priuilegio inſinuādo·
Deinde dicas:ꝓut predicta ⁊ alia ad predicta facientia pleni⁹ ⁊
latius cōſtant ⁊ apparent in dcō publico inſtr̄o ꝑuilegij p̄dicti:

ad quod ⁊ ad que oīa ⁊ contenta in eis relatio habeat̃ • Et infra
producit̃ ⁊ deponit̃: ⁊ viſa forma iuris ſtatutoꝝ ⁊ ordinamētoꝝ
cōis Florentie: et oībus viſis et conſideratis que videnda et cō/
ſideranda fuerunt: omni meliori modo via iure ⁊ forma quibus
magis ⁊ melius potuit cōmiſit impoſuit et mandauit Paulo an/
dree nuntio publico cōis Florētie ⁊ cuilibꝫ alij nūtio publico di/
cti cōis inſolidum: quatenus vadat in locis ⁊ ꝑ loca publica de/
bita ⁊ cōſueta ciuitatis Florentie ⁊ ibidem ⁊ in dictis locis ⁊ per
dicta loca ex ꝑte ꝯmiſſione ⁊ mādato dicti dn̄i Poteſtatis et cu/
rie ⁊ ad petitionē dicti Bonacburſij dictis modis ⁊ noīb⁹ publi/
ce palā alta et intelligibili voce citet ⁊ requirat oēs ⁊ ſinglos pu
tantes ſeu dicentes vel dicere volentes ſua qūolibet intereſſe vl̕
intereſſe poſſe aut volētes modo aliquo predictis contradicere
vel ſe opponere ⁊ quemlibꝫ eoꝝ: quatenus infra primam diē iuri
dicā ꝓrime futurā a die citationis ⁊ requiſitiōis hmōi ipi ⁊ qui/
libet ipſoꝝ corā dicto dn̄o Poteſtate et curia legitime ⁊ pempto
rie compareāt ad videndū et audiendum dictum priuilegium ⁊
indultum imperiale per notarium publicū ſumi inſinuari et exē
plari ex ſuo et a ſuo publico et originali • Et dictā copiā ſumptū
ſeu exemplum ſcriptum et cum ſcriptū fuerit per notarios et au/
ctenticos tabelliones cū dicto ſuo originali corā dicto dn̄o Po/
teſtate et curia auſcultari et reſcontrari: et ad videndum fieri cō
miſſionē dicto notario et notarijs ꝑ dictū dn̄m Poteſtatem ⁊ cu
riā de predicta et infraſcripta faciēdo • et ad videndū fieri debi/
tas ſubſcriptiōes ꝑ notarios adhibēdos • et ad videndū et audiē
dū dcō ſūpto et exēplo ꝑ dcm̄ dn̄m Poteſtat̃ auctem et decretuꝫ
interponi: et ſuꝑ eo ꝓnuntiari fidē indubitatā adhibendā ſicut
ſuo originali: et oīa alia fieri in p̄dictis et circa p̄dicta nccīa ⁊ op
portuna: et in̄ copiā accipiendū dicendū et opponendū ꝯtra ſi et
quicqd volunt et pn̄t vel aliq̄s eoꝝ vult ⁊ pōt de iure ⁊ ſcd̄m for
mā ſtatutoꝝ et ordinamētoꝝ cōis Flor̄ • Al̕s in dicto termino et
poſtea qn̄cunq̄ et cum dicto dn̄o Poteſtati videbit̃ dicta exem/
platio inſinuatio et auſcultatio et ſubſcriptiones et decreti inter

poſitio et pnuntiatio et ɔmiſſio et oīa predicta fient et in predi/
ctis et infraſcriptis et circa p̄dicta et infraſcripta pcedēt et fiet
vt iuris fuerit et dicto dño Poteſtati et curie videbiť iuris eſſe:
eoꝝ vel alicuius eoꝝ abſentia vel ɔtumacia nō obſtante.
¶ Et ſecum portet nuntius predicta facturus cedulā et cedulas
dicte ɔmiſſionis continentē breuiter effectū ſupraſcripte ɔmiſſi/
onis: ꝛ quid et ad qd et pper qd ſupraſcripti oēs ſupra tā in ge
nere ꝗ̄ in ſpecie noīati ꝛ cōprehenſi citari et requiri debent: eāqꝫ
dimittat et relaret dictis ſupra citandis vna cū cedula citatiōis
predcē ſcđm formā ſtatutoꝝ et ordinamētoꝝ informationū cōis
Florētie de materia diſponentiū. Et oīa ꝛ ſingula alia dicat faci
at et obſeruet in p̄dictis ꝛ circa p̄dicta neceſſaria ɔſueta reqſita
et opportuna de iure et ſcđm formam ſtatutoꝝ et ordinamentoꝝ
cōis Floī. Et hec pñte ꝛ predicta fieri petente ꝛ acceptante dicto
Bonachurſio dictis modis et noībus: et pducēte corā dicto dño
Poteſtate et curia dictum publicuꝫ inſtrm̄ priuilegij et reſcripti
ꝛ illud mandato dicti dñi Poteſtatis deponēte penes dñm Frā
ciſcum octauiani de Aretio notariū Florentinum vt inde fiat qđ
iuris eſt: ꝛ petente ſibi in predictis ꝛ circa predicta ius ꝛ iuſtitiā
fieri et fauorabiliter miniſtrari: officiū arbitriū et bonū regimen
dicti dñi Poteſtatis et curie in predictis implorando.

¶ Relatio citationis ad predicta.

¶ Epponas diē annū et menſem ſemper. Ad petitionē ꝛ inſtā/
tiā dicti Bonachurſij ꝛc. vt ſupra in cōmiſſione. Brunorus dñici
nūtius publicus cōis Florentie retulit dicto dño Poteſtati pro
tribunali vt ſupra ſedenti ꝛ curie et mihi notario actuario curie
ſupraſcripto: ſub die. xxv. pñtis menſis Januarij iuiſſe et ex dcī
dñi Poteſtatis et curie parte commiſſione et mandato et rigo/
re dicte cōmiſſionis eidem nuntio date ꝛ facte per dñm Poteſta
tem et curiā: ꝛ vigore dicte cōmiſſionis: et ad petitionem ꝛ inſtā
tiam dicti Bo. citaſſe ꝛ requiſiſſe omnes ꝛ ſingulos putātes ſeu
dicentes vel dicere volētes ſua quomodolibet intereſſe vel inter
eſſe poſſe aut volentes predictis modo aliquo ɔtradicere vel ſe

opponere ⁊ quēlʒ eoꝝ in dicta cōmiſſione noīatos ⁊ ꝯꝓrebenſos: qtn̄s hodie hac pn̄ti ſupraſcripta die ⁊ hora cāꝝ ltīme ⁊ pemptorie ꝯpareāt corā dicto dn̄o Poteſtate ⁊ curia ad videndū ⁊ audiendū dictū publicū inſtrumētū priuilegij ⁊ indulti impialis: de quo infra ⁊ in dicta ꝯmiſſione fit mētio: ꝑ notariū publicū ſumi inſinuari ⁊ exēplari ex ſuo ⁊ a ſuo originali. Et dictā copiā ſumptū ⁊ exemplū ſcriptū ⁊ cū ſcriptū fuerit ꝑ notarios ⁊ auctēticos tabelliones cū dicto ſuo originali corā dicto dn̄o Poteſtate auſcultari ⁊ reſcontrari: ⁊ ad videndū ⁊ audiendū fieri ꝯmiſſionē ꝑ dictum dn̄m Poteſtatem ⁊ curiam dicto notario ⁊ notarijs de predictis ⁊ infraſcripta faciendo: ⁊ ad videndū fieri debitas ſubſcriptiones ꝑ notarios adhibendos: ⁊ ad videndum ⁊ audiendū dicto ſumpto ⁊ exemplo ꝑ dcm̄ dn̄m Poteſtatē ⁊ curiā auctem et decretū interponi ⁊ ſup eo ꝓnuntiari fidem indubitatā adhibēdam ſicut ſuo originali. Et oīa ⁊ ſingula ſupraſcripta ⁊ infraſcripta ⁊ in predictis ⁊ infraſcriptis ⁊ circa predicta et infraſcripta fieri neceſſaria ⁊ opportuna. Et inde copiā accipiendū dicendū ⁊ opponendū contra ſi ⁊ qcquid volunt ⁊ poſſunt vel aliqs eoꝝ vult ⁊ pōt de iure ⁊ ſcd̄m formā ſtatutoꝝ ⁊ ordinamētoꝝ cōis florentie: Alſ in dicto termino ⁊ poſtea qn̄cunqꝫ ⁊ cū dicto dn̄o Poteſtati ⁊ curie videbit̄ dicta inſinuatio exemplatio auſcultatio ⁊ infraſcripta cōmiſſio ⁊ ꝓnuntiatio ⁊ ſubſcriptōes ⁊ decreti interpoſitio ⁊ predicta oīa fiēt ⁊ in predictis ⁊ īfraſcriptis ⁊ circa predicta ⁊ infraſcripta procedet̄ ⁊ fiet vt iuris fuerit ⁊ dicto dn̄o poteſtati ⁊ curie videbit̄ iuris eſſe: eoꝝ vel alicuiꝰ eoꝝ abſentia vel contumacia non obſtante. ipſoſqꝫ ⁊ quēlʒ eoꝝ citaſſe ⁊ requiſiſſe retulit dictus nuntius in oībus ⁊ ꝑ oia ⁊ quo ad oēs ⁊ oīa et ſingula que ⁊ ad que ⁊ ꝓut ⁊ ſicut in dicta cōmiſſione continet̄ ⁊ a dicto dn̄o Poteſtate ⁊ curia habuit in cōmiſſione et mandatis. Et predictā citationē ⁊ citatiōes ⁊ oīa ⁊ ſingula ſupraſcripta retulit dictus nuntius ſe feciſſe dictis ⁊ de dictis ſupra citatis ⁊ requiſitis ⁊ cuilibꝫ ⁊ de quolʒ eoꝝ publice palā alta et intelligibili voce in plateis ⁊ per plateas dn̄oꝝ prioꝝ libertatis et vexilliferi

iuſtitie populi Florẽtini ſcī Johis baptiſte orti ſcī Michaelis fo/
ri noui ⁊ veteris ciuitatis Florentie: ⁊ ad et apud ianuā et fores
palatij reſidentie dñi Poteſtatis ciuitatis Florentie: ⁊ oībus et
alijs locis publicis debitis vſitatis ⁊ reqſitis dicte ciuitatis Flo
rentie vbi et in quibus ſimilia fieri debent ⁊ ſolent: oībus dictis
locis ⁊ quolʒ eoꝝ dimiſiſſe ⁊ affixiſſe ⁊ affixā dimiſiſſe ⁊ relaxaſſe
vnā paruā cedulam citationis predicte continentis effectum di
cte cōmiſſionis: ⁊ quid et ad quid ⁊ ꝓpter quid ſupraſcripti oēs
citati ⁊ requiſiti fuerunt ſcđm formam ſtatutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ
cōis Florentie. Ac etiā de p̄dictis cedulis vnam cedulā predictā
continentē vt ſupra affixiſſe ⁊ affixam dimiſiſſe et relaxaſſe fori/
bus et ianue palatij reſidentie dñi Poteſtatis ciuitatis Florẽtie
vt oībus innoteſcere poſſit ꝑ ſuo officio exercendo. Et hec p̄nte
⁊ predicta fieri petente recipiente ⁊ acceptante dcō Bonacburſio
¶ Et dictis oībus ⁊ ſingulis ſupra tam in genere q̄ʒ in ſpecie no
minatis ⁊ comprehenſis vt ſupra citatis ⁊ requiſitis: abſentibus
⁊ contumacibus tn̄ legitime citatis vt ſupra ⁊ quantū debuit ex/
pectatis ⁊ contumacibus per dcm̄ dñm Poteſtatem ⁊ curiam le/
gitime reputatis ⁊ quoꝝ oīm abſentiam et contumaciam dictus
Bonacburſius legitime accuſauit in diſceſſu dicti domini Pote/
ſtatis a bancho iuris.

¶ Supradictus dñs Poteſtas pro tribunali ſedens vt ſupra ad
eius ſolitum iuris banchū ꝑ iure reddendo vt moris eſt: Viſo di
cto publico inſtr̄o priuilegij ⁊ indulti dicto dño Philippo de cor
ſinis de Florentia conceſſo p ſereniſſimū principē dñm Robertū
diuina fauente clemētia Romanoꝝ impatorē ⁊ ſemp auguſtū ac
Boemie regem ſublatū padue die ſexta menſis Martij Anno dñi
M.cccc.lx. auctis ⁊ ptātis in eo ſibi ſuiſq̄ʒ filijs ⁊ deſcēdentibus
maſculini ſexus imperpetuū conceſſe ⁊ attribute. Et viſo cogni/
to ⁊ inſpecto dicto auctentico ⁊ originali publico inſtr̄o priuile/
gij ⁊ indulti non abolito nec cancellato nec in aliqua ſui pte ſu/
ſpecto: ſed omni prorſus vitio ⁊ ſuſpitione carente. Et viſa ſupra
ſcripta citatione ⁊ relatione citatōis vt ſupra facte: ⁊ viſis oībus

et ſingulis ſupraſcriptis et infraſcriptis: et viſa forma iuris ſtatutorum et ordinamētorum cōis Florētie: oībusq; viſis et ꝯſideratis que videnda et conſideranda fuerūt ꝑnuntiauit ſentētiauit et declarauit dcm̄ publicū auctenticū et originale inſtrm̄ priuilegij et indulti nō fuiſſe nec eſſe abolitū nec cancellatū aut in aliq̄ ſui parte ſuſpectū: ſꝫ oī prorſus vitio et ſuſpitiōe caruiſſe et carere. et ꝓpterea cōmiſit impoſuit et mandauit dn̄o. L. ciui et notario publico Florentino pn̄ti audienti et intelligenti: quaten⁹ ſumat copiet exemplet et inſinuet et in publicam formam redigat dictum publicum inſtrumentū priuilegij et indulti de quo ſupra fit mentio. Ac etiā cōmiſit impoſuit et mandauit dn̄o Bartholomeo iacobi dn̄o Franciſco dominici dn̄o Angelo alexandri et dn̄o Carolo iacobi ciuibus et notarijs Florentinis preſentibus audientibus et intelligentibus: quatenus dictum ſumptum copiam et exemplum cum ſuo auctentico et originali vna cuꝫ dicto dn̄o. L. auſcultent et reſcontrent. et ſi inuenerint ea in oībus et ꝑ omnia concordare dicto ſumpto et exemplo ſe ſubſcribant vna cum dicto dn̄o. L. Et dicto ſumpto et exemplo et inſinuo dict⁹ dn̄s Poteſtas ſuam et cōis Florentie quibus fungit̄ auctem interpoſuit pariter et decretum. Et ꝑnuntiauit et declarauit dicto ſumpto exemplo et inſinuo ſic auſcultato et reſcontrato et ſubſcripto ab oībus in iudicio et extra indubitatā fidem adhibendā fore ſicut ſuo originali inſtr̄o. Et hec omni meliori modo ꝛc.

¶ Acta facta et geſta fuerunt oīa et ſingula ſupraſcripta ꝑ dictū dn̄m Poteſtatem vt ſupra pro tribunali ſedentem ad eius ſolitū Iuris banchum ſitū in palatio reſidentie dicti dn̄i Poteſtatis poſito partiꝫ in pplo ſci Apollinaris de Florentia et partiꝫ in pplo ſci Stephani abbatie Florētine: cui vndiq; ſunt vie publice cōis Florētie ꝓ iure reddendo vt moris eſt ſub anno indictiōe et die predictis ꝛc. pn̄te et predicta fieri petente recipiente et acceptāte dicto Bonachurſio: et vt ſupra accuſante ꝯtumaciā oīm et ſingulorum ſuperius citatorum et cuiuſlibet eorum abſentium et contumaciū tn̄ legitime citatorum vt ſupra et quantum debuit expectatorū

et contumaciũ per dictũ dñm Poteſtatem legitime reputatoꝝ: ꝛ quoꝝ oĩm abſentiã et cõtumaciã dictus Bonachurſius ltime acceptauit in diſceſſu dñi Poteſtatis a bancho iuris. Et pñtibus teſtib⁹ ad ſupraſcripta oĩa et ſingula vocatis habitis et rogatis vz. ꝛc. Et ad cautelã nõ apponas eoſdẽ teſtes qb⁹ ꝯmittit̃ ſubſcriptio et auſcultatio. Qđ ſeqt̃ ponit̃ in pñcipio ſũpt⁹ ꝛ iſinuatõis

¶ Forma ſumptus et inſinuatiõis.

¶ In dei noĩe amẽ. Anno dñi nr̃i Jeſu xp̃i ab ei⁹ ſalutifera incarnatione. Mcccclx. ꝛc. Hoc eſt exẽplũ inſinuũ et ſeu ſumptũ cuiuſdã publici et auctẽtici inſtr̃i priuilegij reſcripti et ĩpialis indulti sereniſſimi pñcipis et dñi dñi Roberti diuina fauẽte clemẽtia romanoꝝ impatoris et ſemp auguſti ac Boemie regis vera bulla cerea ad filũ ſerici azurri et crocei coloris more impialis curie pẽdẽte ſani et integri nõ vitiati nec abraſi nec in aliq̃ ſui pte ſuſpecti: ſz oĩ pſus vitio et ſuſpitiõe carẽtis: ꝯceſſi p dcm̃ sereniſſimũ principẽ dñm Robertũ generoſo militi ac egregio legũ doctori dño Philippo thome de Flor̃. ſuiſq; filijs et deſcendẽtib⁹ maſculis legitimis et naturalib⁹ imppetuũ put in ĩpo puilegio ꝛ reſcripto impiali contineť: ſumptũ exemplatũ et inſinuatũ ad ppetuã rei memoriã ad inſtantiã petitionẽ et requiſitionez Bonachurſij olim brancatij de Florẽtia p me. L. ciuẽ et notariũ publicũ Flor̃. ex dicto auctẽtico et originali inſtr̃o indulti reſcripti et priuilegij impialis put in ĩpo inueni: nil addens vel minuẽs qđ ſenſũ mutet vel variet intellectum ſuũ. Cuius quidẽ priuilegij reſcripti et indulti imperialis predicti tenor inferius ſeriatim et per ordinẽ de verbo ad verbum deſcribitur ſequitur et eſt talis videlicet.

¶ In nomine indiuidue trinitatis ꝛc. Robertus ꝛc. Ponas totũ tenorem cum ſubſcriptionibus originalis inſtrumenti. Deinde ſubdas ſubſcriptiones infraſcripto modo.

¶ Ego. L. ciuis et notarius florẽtinus impialiq; auctẽ iudex ornarius notariuſq; publicus: ſupraſcriptũ ſumptũ inſinuũ copiã et exẽplũ ſupraſcripti priuilegij et reſcripti ꝛ ĩpialis ĩdulti ex ſuo et a ſuo publico et auctẽtico originali: bulla cerea ad filum ſerici

azurri ꝛ crocei coloꝝ moꝛe imꝑialis curie munito ſano ꝛ integro ꝛ oĩ ꝓrſus vitio ꝛ ſuſpitiõe carente: de ꝯmiſſione ꝛ mandato magnifici et ſtrenui militis dñi Ludouici de malauzis digniſſimi Poteſtatis ciuitatis Floꝛentie. de qua cõmiſſione ꝛ mandato in actis ſuis ꝛ ſue curie late patet. Et coꝛam ipſo dño Poteſtate ſedente ad cautelã ꝓ tribunali ad eius ſolitũ iuris banchũ fideliter ſumpſi inſinuaui ꝛ in pñti mẽbꝛana ſcripſi ꝛ de verbo ad verbum copiaui ꝛ exẽplaui ꝓut in dicto ſuo auctentico ꝛ oꝛiginali ſcriptum ꝛ ſignatum inueni: nihil addito vel mutato qđ ſenſum mutet vel variet intellectũ: ipſumq; ſumptum ꝛ exemplũ ꝛ copiam ſupꝛaſcriptam coꝛã pꝛefato dño Poteſtate cũ dicto ſuo auctentico ꝛ oꝛiginali inſtr̃o vna cũ pꝛefatis dño Bartholomeo dño Frãciſco dño Angelo ꝛ dño Carolo eximijs ꝛ fidelibus notarijs fideliter ꝛ diligenter auſcultaui ꝛ adinuicẽ vnũ cũ alio reſcontraui. Et quia pꝛefatũ exemplũ ꝛ ſeu ſumptũ cũ dicto ſuo oꝛiginali concoꝛdare inueni: ꝛ idem dñs Poteſtas cõcoꝛdare audiuit: ipſe dñs Poteſtas ꝓ tribunali ſedens vt ſupꝛa ad eius ſolitum iuris banchum ꝓ iure reddendo vt moꝛis eſt ſitũ in palatio ſue ſolite reſidentie: Uiſa pꝛimo citatione ꝛ relatione citatiõis ex parte cõmiſſione ꝛ mandato ſupꝛadicti dñi Poteſtatis ꝛ ad petitionem Bonachurſij bꝛanchatij de benitijs de Floꝛentia factis de oĩbus et ſingulis volentibus pꝛedictis cõtradicere vel ſe opponere aut ſua dicere vel putare quõlz intereſſe vel intereſſe poſſe ꝓut in actis dicti dñi Poteſtatis latius continetur ꝛ apparet: ꝛ ipſoꝛum oĩm citatoꝝ contumacia vel contemptu: ꝛ oĩbus viſis ꝛ ꝯſideratis que videnda ꝛ conſideranda fuerunt: et oĩ melioꝛi mõ via iure ꝛ foꝛma quibus magis ꝛ melius potuit ſupꝛaſcripto ſumpto ꝛ exemplo ſuã ꝛ cõis Floꝛentie quibus fungitur auctẽm interpoſuit pariter ꝛ decretum: ꝛ ꝓnũtiauit ꝛ declarauit dicto ſupꝛaſcripto ſumpto ꝛ exemplo ſic vt ſupꝛa ſumpto ꝛ copiato ꝛ exemplato ſicut oꝛiginali ꝛ auctentico inſtr̃o dicti reſcripti ꝛ indulti ꝛ priuilegij imꝑialis foꝛe ꝛ eſſe imꝑpetuũ de cetero in iudicio et extra ꝛ per quẽlz in differẽter ab oĩbus fidem plenariam adhibendã in

omnibus et per omnia. Ideoq; ad fidem perpetuam ⁊ robur oīm predictoꝝ de mādato dicti dn̄i Poteſtatis me ſubſcripſi: ſignūq; meum apposui conſuetum Iſta die Iouis de ſero in veſperis hora cauſarum die. xxvi. menſis Ianuarij anno dn̄ice incarnationis. M. cccc. lxxx. indictione. xv.

¶ Forma ſubſcriptionis notarioꝝ q auſcultāt.

¶ Ego Bartholomeus ciuis ⁊ notarius Florentin⁹ imperialiq; auctoritate iudex ordinarius notariuſq; publicus: ſuprascriptū ſūptū insinuū copiā ſiue exemplū ſic vt ſupra p dcm̄ dn̄m. L. ex dcō ⁊ de dicto ſuo auctētico ⁊ originali inſtr̄o priuilegij indulti ⁊ reſcripti imperialis p me etiā viſo ⁊ lecto ſcriptū ⁊ copiatū de mādato p̄fati dn̄i Ptātis vt ſupra p dcm̄ dn̄m. L. facta eſt mentio vna cū dicto dn̄o. L. ⁊ infraſcriptis dn̄o Frācisco dn̄o Angelo ⁊ dn̄o Carolo de mādato ⁊ ꝯmiſſiōe dicti dn̄i Ptātis: ⁊ coram ip̄o dn̄o Poteſtate p tribunali ſedente vt ⁊ vbi ſupra fideliter ⁊ diligēter cū dicto ſuo originali ⁊ auctentico priuilegio reſcripto ⁊ indulto imperiali auſcultaui ⁊ de ꝟbo ad verbū adinuicē reſcōtraui. Et qr dcm̄ ſumptū ⁊ exēplū cū dcō ſuo auctētico ⁊ originali in oībus ⁊ p oīa ꝯcordare inueni ⁊ inuenimus. Et dicte interpoſitōi auctis ⁊ decreti et pnuntiationi et declarationi dicti dn̄i Poteſtatis et oībus predictis et infraſcriptis interfui: Ideoq; de mādato dicti dn̄i Poteſtat' ad fidē ppetuā ⁊ robur oīm p̄dictoꝝ me ſubſcripſi ſignumq; meū appoſui conſuetū dicta die Iouis de ſero in veſperis hora cauſaꝝ. xxvi. menſis Ianuarij: anno dn̄ice incarnatiōis M. cccc. lxxx. ⁊ indictiōe de qua ſupra. Et ſic ſequere quatuor ſubſcriptiones. Et aduertāt ſubſcribētes ꝙ de primis dicant ſupraſcriptis: et de ſequentibus notarijs dicant infraſcriptis.

¶ Inſinuatio donationis.

¶ Die veneris de ſero ſecunda menſis Ianuarij. M. cccc. lxxxiij. Comparuerunt coram dicto dn̄o Poteſtate ciuitatis Florētie vt ſupra pro tribunali ſedente ad eius ſolitum iuris banchum p iure reddendo vt moris eſt: ⁊ eius curia: Nichodemus olim laurētij de anſelmis ciuis Florentinus: ⁊ Ladiſlaus olim mathie de

ſinibaldis de Florentia ſuo nomine proprio et vt procurator ꝛ p
curatorio nomine Franciſci eius fratris et filij olim dicti mathie
conſtitutus ab eo modis nominibus et formis in eius mandato
quod infra producitur et deponitur contentis et inſertis:ac etiā
pro et vice et nomine dicti Franciſci:pro quo de rato et rati habi
tione promiſit et quolibet dictoꝝ modoꝝ et noīm ſimul inſolidū
et de per ſe:et omni meliori modo via iure et forma quib⁹ magis
et melius potuit et poteſt. Et quilibet dictoꝝ Nichodemi et La-
diſlai dictis modis et nominibus et quolibꝫ dictoꝝ modoꝝ ꝛ no
minū ſimul inſolidū et de p ſe ꝛ oī meliori modo via iure ꝛ forma
quibus magis ꝛ melius potuerunt ꝛ dixerūt ꝙ de preſenti anno
dn̄i Milleſimo quadringenteſimo octuageſimotertio indictione
ſecunda et die quintadecima menſis Auguſti dicti anni ſeu alio
veriori tpe in infraſcripto inſtrō donationis cōtento:dictus Ni-
chodemus ex certa ſcīa ꝛ nō per errorē aliquē iuris vel facti oīm
meliori modo via iure et forma quib⁹ magis ꝛ melius potuit pu-
re mere libere ſimpliciter et irreuocabiliter et inter viuos. Ita ꝙ
dicta donatio nulla ingratitudinis cā vel alia quacūqꝫ de cauſa
poſſit reuocari:dedit ceſſit et conceſſit donauit trāſtulit ꝛ man-
dauit dictis Ladiſlao et Franciſco fratribus et filijs dc̄i mathie
de ſinibaldis et cuilibet eoꝝ pro dimidia licꝫ tunc abſentibus et
notario inde rogato vt publice perſone p eis et quolꝫ eoꝝ:ꝛ eoꝝ
ꝛ cuiuſlibet eoꝝ heredibus:et cui vel quibus ipſi vel alter eoꝝ iu
ra ſua conceſſerit recipienti et ſtipulanti infraſcripta bona vꝫ.
Unū podere cum domibus p dn̄o ꝛ p laboratore. Ponas bona.
Vel ſi eſſent iura:facias ꝙ cedāt ex cā donatiōis qd̄ fere ideꝫ eſt.
cū oībus ꝛ ſingulis alijs adiacentijs coherētijs ptinētijs ꝛ ſerui-
tutibus in de vel ſup dcō podere ꝛ bonis qūolꝫ ꝯpetētibus ꝛ ꝯpe
tituris. Et cū oībus ꝛ ſingulis petijs terraꝝ ꝛ bonis qūolꝫ ſolitis
teneri vel laborari ſimul cū dcō podere:cū oībus ꝛ ſingulis que
dicta bona hn̄t ſuper ſe infra ſe ſeu intra ſe in integꝝ oīqꝫ iure et
actiōe vſu requiſitiōe pprietate et dn̄io eidē Nichodemo qūolibꝫ
cōpetenti et ꝯpetituro in de vl' ſup dictis bonis. Que bona dict⁹

Nichodemus donatoꝛ exnūc conſtituit ſe tenere et poſſidere pꝛo ipſis Ladiſlao ⁊ Frāciſco donatarijs ſupꝛaſcriptis et eoꝝ heredibus ⁊ ſucceſſoꝛibus ⁊ cui vel quibus iura ꝯceſſerint: donec ⁊ quouſqȝ dictoꝝ bonoꝝ tenutā ⁊ coꝛpalē acceperint poſſeſſiōez. Quā accipiēdi ⁊ deinceps retinendi etiā eoꝝ ⁊ cuiuſlȝ eoꝝ ꝓpꝛa aucte et ſine licentia vel decreto alicui⁹ iudicis officialis vel curie eiſdē licentiā oīmodam contulit atqȝ dedit. Et exnūc dict⁹ Nichodemus donatoꝛ fecit ꝯſtituit ⁊ oꝛdinauit ſuū verū ⁊ legitimū pꝛocuratoꝛē quēcunqȝ noīandū ꝑ dictos Ladiſlaū et Franciſcū donatarios ſupꝛaſcriptos ⁊ quēlȝ vel alteꝝ eoꝝ ad dandū ⁊ tradendū ⁊ īmittendū dictos Ladiſlaū et Franciſcū in tenutā ⁊ coꝛpalem poſſeſſionē dictoꝝ bonoꝝ. Et inſup ex titulo et cā donatiōis inter viuos dedit ceſſit trāſtulit et mandauit dictis La. ⁊ Frā. donatarijs ſupꝛaſcriptis lȝ abſentib⁹ ⁊ mihi. L. notario inde rogato vt ſupꝛa recipiēti et ſtipulāti ꝓ dictis Ladiſlao et Frāciſco et eoꝝ heredibus ⁊ ſucceſſoꝛibus: oīa et ſingula iura noīa ⁊ actiōes reales ⁊ ꝑſonales vtiles et directas ciuiles et pꝛetoꝛias meras et mixtas anoꝛmalas ⁊ conuentionales tacitas ⁊ expꝛeſſas ⁊ alias quaſcūqȝ dcō Nichodemo cōpetentes ⁊ ꝯpetituras ⁊ ꝯpetentia ⁊ cōpetitura qūocunqȝ ⁊ quacūqȝ rōe iure mō vel cā vigoꝛe vel pꝛetextu in ⁊ ſup dictis bonis rebus et iuribus vt ſupꝛa donatis et contra quoſcunqȝ ⁊ quecunqȝ bona. Conſtituēs dictus Nichodemus donatoꝛ dictos Ladiſlaum ⁊ Franciſcuȝ donatarios ⁊ quēlibet eoꝝ lȝ abſentes ſed tanqȝ pꝛeſentes ꝓcuratoꝛes vt in rē ſuā Ponenſqȝ eos ⁊ quēlȝ eoꝝ in locū ⁊ vniuerſum ius ſuū: Ita qꝫ admodo deinceps dicti Ladiſlaus ⁊ Franciſcus donatarij pꝛedicti et eius et eoꝝ ⁊ cuiuſlȝ eoꝝ heredes ⁊ ſucceſſoꝛes et quilȝ eoꝝ poſſint ⁊ valeāt in pꝛedictis et pꝛo pꝛedictis petere exigere recipe cōtrahere pꝛoſequi conſequi agere cauſari in ius vocare ⁊ actiones intentare et ſe ac dicta bona defendere ⁊ tueri: Ac etiam omnia et ſingula alia facere in iudicio et extra: que et pꝛout et ſicut facere poteſt ſeu poſſet vel poterat dictus Nichodemus ante dictam factam donationem et iuriū ceſſionez et contractū. Et cū pactis

pꝛomiſſionibus obligatiõibus renuntiatiõibus,et pꝛecepto gua
rãtigie et aliis dcis capitulis et cautelis ꝛ pene adiectione ꝛ aliis
pleniꝰ in dicto inſtrõ contentis. Et ſic narres inſtrm donatiõis
pꝛout iacet ſuccĩcte. Et alia plura in effectu tñ pꝛedicto plenius
et latius in dicto inſtrõ cõtenta in pdictis ꝛ circa pꝛedicta facta
fuerũt pꝛout pꝛedicta in effectu et alia plura ad pꝛedicta faciẽtia
ſic vel aliter ſub quacunqꝫ conceptione verboꝝ in effectu tamen
pꝛedicto plenius et latius conſtant et apparent in dicto publico
inſtrõ donationis ꝛ iuriũ ceſſionis inde confecto et publice ſcri-
pto rogato ꝛ publicato manu publici notarii:ad quod ꝛ cõtenta
in eo dicti Nicbodemus donatoꝛ et Ladiſlaus donatarius mo-
dis et noĩbus quibus ſupꝛa ſe retulerũt,et referunt ꝛ infra pdu-
cit̃ et deponit̃. Et etiã dixerunt et dicũt ꝙ dictus Nicbodemus
donatoꝛ fuit et eſt conſtans et in eadem voluntate donationis
ꝛ iuriũ ceſſionis pſiſtendo ꝛ coꝛroboꝛãdo. Et vt hmõi donatio ꝛ
iuriũ ceſſio perpetuã obtineat firmitatem:dicti Nicbodemus et
Ladiſlaus modis ꝛ noĩbus quibus ſupꝛa dictam donationem ꝛ
iuriũ ceſſionem inſinuauerunt apud acta dicti dñi Poteſtatis ꝛ
curie. Et inſtrm publicũ dicte donationis et iurium ceſſiõis pu
blice ſcriptum rogatum ꝛ publicatum per dñm Gaſparem olim
gaſparis notarium publicuꝫ Floꝛentinũ in publicã foꝛmã dicto
dño Poteſtati oſtenderũt ꝛ coꝛã dicto dño Ptãte pduxerũt. Et
inſtanter petierũt p ipm dñm Ptãtem ipſam donatiõem ꝛ iuriũ
ceſſionem confirmari:et ſuper dicta donatione et iurium ceſſiõe
auctoꝛitatem et decretum interponi. Et omnia et ſingula alia fi
eri in pꝛedictis et circa pꝛedicta quomodolibet oppoꝛtuna ad va
liditatem et pꝛo validitate dicte donationis ꝛ iurium ceſſionis:
officium dicti dñi Poteſtatis et curie vbi ꝛ quatenus ſibi locum
vendicet in pꝛedictis imploꝛantes.

¶ Qui Nicbodemus et Ladiſlaus modis ꝛ noĩbus quibꝰ ſupꝛa
ad iuſtificationem et robur oĩm pꝛedictoꝝ coꝛam dicto dño Po-
teſtate et curia pduxerunt vſi fuerunt ꝛ allegauerũt ꝛ pꝛoducũt
vtunt̃ et allegãt dictũ publicũ inſtrm donatiõis ꝛ iuriũ ceſſiõis

promiſſionis obligationis renuntiationis ꝛ guarantigie publi-
ce ſcriptum rogatum et publicatum manu publici notarij:ꝙ cuꝫ
oībus et ſingulis in eo contentis ꝛ de quibus in eo fit mentio in
publicã formã mandato dicti dñi Poteſtatis ꝛ curie depoſuerũt
ꝛ dimiſerunt penes dñm Johẽm gaſparis de monteuarchio ciuẽ
ꝛ notariũ publicũ Florentinũ ad copiandum de iure petenti ad
omnem iuris ꝛ ſtatutoꝝ effectuꝫ. Aduertas ꝙ ſi donatoꝛ ꝛ dona-
tarius compareant ꝑ ꝓcuratores:ꝙ ꝓducas mãdata cum anno
menſe et die et nomine et pronomine notarij qui de mandato ro
gatus fuit. Poſſet etiã euenire ꝙ ſolus donatarius peteret inſi-
nuationem fieri:ꝛ tũc facias in primo actu cõmitti citationem:ꝛ
deinceps citato donatorem:ꝛ facta relatiõe ſubdas actũ ptãtis
hoc mõ:qđ etiam cadit ſupra ante preſentem notulam.
¶ Qui dñs Poteſtas ꝓ tribunali ſedens vt ſupra ad eius ſolitũ
iuris banchũ ꝓ iure reddendo vt moris eſt: Viſa ſupraſcripta cõ
paritione ꝛ petitiõe:et viſa ſupraſcripta donatiõe ꝛ iuriũ ceſſiõe
et eius inſtrõ redacto in publicã formã ꝑ dñm Gaſparẽ notariũ
publicum Florentinum: et viſis oībus et ſingulis ſupraſcriptis
ſupra productis et de quibus ſupra et in quolibet vel altero eoꝝ
fit mentio:et viſa forma iuris ſtatutoꝝ ꝛ ordinamentoꝝ cõis flo
rentie:et omnibus viſis et conſideratis que in predictis et infra
ſcriptis et circa predicta et infraſcripta videnda ꝛ conſideranda
fuerunt: omni meliori modo via iure et forma quibus magis et
melius potuit et ei licuit et licet: dictam donationem et iurium
ceſſionem et inſtrumentum publicum eiuſdem confirmauit ꝛ ap
probauit. Et in predictis et circa dictam donationem ꝛ iuriũ ceſ
ſionẽ vt ſupra narratã et inſtrm̄ publicũ eiuſdẽ vt ſupra in publi
cam formam redactam per dictum dñm Gaſparem ſuam et cõis
Florentie quibus fungitur auctoritatem interpoſuit ꝛ decretum
Mandans mihi notario infraſcripto vt de predictis oībus ꝛ ſin
gulis publicum conficerem inſtrumentum ꝛ in actis publicis re
digerem et inſinuarem. Et hec pñtibus ꝛ ꝑdicta fieri petentibus
recipiẽtibus ꝛ acceptãtibus dictis Nichodemo et Ladiſlao mo-

dis ꝛ nominibus quibus ſupꝛa· Et pñtibus teſtibus ad ſupꝛaſcri
pta omnia et ſingula vocatis habitis et rogatis vz· Ponas noĩa
teſtium ꝛc· Et inſinuatio non ſemper eſt neceſſaria : ſed quotiẽs
excedit quingentos floꝛenos·

¶ Sũptus factus ex libꝛo mercatoꝛis aſſerẽtis ſe debitoꝛẽ in ſuo
libꝛo ſcðm foꝛmã ſtatuti Floꝛẽtini· Et habet ypothecã bonoꝝ ac
ſi eſſet inſtrm̃ guarãtigiatũ· Sed vidi dubitari an oꝛiat̃ ypothe-
ca a die facte ſcripture: an a die facti ſumptus· ꝛ cõis opinio eſt a
die facte ſcripture· Et nota ꝙ ſi debitoꝛ vel alius qui hȝ libꝛũ pe-
nes ſe nollet exhibere: ꝙ ſtatutũ dat foꝛmã qũo debeat citari: ex-
hibita petitiõe ꝯtinẽte in quo libꝛo ꝛ ad quot cartas: et de quãta
quãtitate: ꝛ de quo anno q̃s fecerit ſe debitoꝛẽ in ſuo libꝛo ꝓpꝛio
In q̃bus nõ inſiſto: qꝛ ꝑ te poteris videre in quarto volumĩe ſta
tuti ciuitatis Floꝛẽtie in materia ꝛ tractatu mercatoꝝ ſub rubꝛi-
ca tredecima· Et ideo obmiſſo libello et citatiõe et cõmiſſiõe ꝛ re
latiõe citatiõis: Uenio ad ſumptũ: qꝛ hm̃õi ꝓceſſus poteris facil
lime inuenire foꝛmam: ſed de ipſo ſumptu foꝛtaſſe non·

¶ Sũptus ꝛ exemplũ cuiuſdã partite cuiuſdã libꝛi ꝛc·

¶ In dei noĩe amen· Hic eſt ſumptus exemplũ ſeu copia cuiuſdã
partite et ſeu partitaꝝ cuiuſdã libꝛi publice ſumptum copiatũ et
exemplatũ ex quodã libꝛo folioꝝ mediocriũ Bononienſiũ coopto
coꝛio rubeo ſignato lr̃a· B· intitulato dare et hauere infraſcripti
Leonardi de palarcionibus ꝛ Uannelli de vãnellis et ſocioꝝ de
Floꝛẽtia: ſumptum copiatum ꝛ tranſcriptũ ꝑ me· L· notarium in
fraſcriptum vigoꝛe ꝯmiſſionis mihi date ꝛ facte· de qua infra ex
dicto oꝛiginali ꝛ auctentico libꝛo fit mentio· Quaꝝ quidẽ parti-
taꝝ ꝛ tituli dicti libꝛi ad cartã vnã dicti libꝛi tenoꝛ ꝛ ſeu tenoꝛes
ſunt ij vz· Al nome de dio ꝛc· Queſto libꝛo ꝛc· Ponas titulũ ꝓut
iacet· Item ad cartas· xxv· dicti libꝛi conſtat apparet ꝛ ſcripta eſt
infraſcripta partita vz· Philippo ꝛc· debbe hauere ꝛc· Ponas par
titas quas velis de verbo ad verbum·

¶ Qui et quod quidem ſumptus copia et ſeu exemplũ tituli ſu-
pꝛaſcripti libꝛi et partite ꝛ ſeu ꝑtitaꝝ pꝛedictaꝝ ſumptũ ꝛ ſcriptũ

per me·L·notarium infraſcriptum ex ſuo originali ⁊ auctētico li bro dicti Leonardi et Vannelli inſinuatū fuit corā egregio legū doctore dño Barnaba de gerardis iudice collaterali quarteriorꝫ ſancti ſpūs et ſancte crucis magnifici militis dñi Xpofori maluſ cini de Viterbio pñtis dñi Poteſtatis ciuitatis Florentie ꝓ tri bunali ſedente ad eius ſolitū iuris banchū pro iure reddendo vt moris eſt ſitum in palatio reſidentie dicti dñi Poteſtatis poſito partim in populo ſcī Apollinaris ⁊ partim in populo ſcī Stepha ni abbbatie florētine:cui vndiqꝫ ſunt vie publice dcē ciuitatis:in dicta curia ⁊ corā dicto iudice ⁊ curia ꝓductū ꝑ dcm̄ Leonardū: ⁊ lectū ⁊ diligenter ꝑ ordinē auſcultatū ⁊ reſcontratū dictū ſum ptū ⁊ exemplū cū dicto ſuo auctētico et originali libro ⁊ partitis predictis per me·L·notarium infraſcriptum· Et nota qꝫ aliqui cauti procuratores etiam faciunt hmōi ſumptum reſcontrari et ſubſcribi per quatuor notarios:ad hoc vt magis de iure cōi ſub ſiſtat:licꝫ ſumptum nō requirat niſi vnū notariū:⁊ tunc ſi adhi beas alios quatuor:dicas:et alios infraſcriptos notarios ex mā dato dicti dñi iudicis collateralis ⁊ in ipſius preſentia et dictarꝫ partiū:ſi interueniūt·Et quia hmōi ſumptū copiā ⁊ exemplū di ctus dñs iudex cū ſuo originali libro et partitis p̄dictis ſimul in omnibus ⁊ per oīa concordare et in nullo deficere inuenit vidit et cognouit et audiuit tam ex relatiōe dictorꝫ ⁊ infraſcriptorꝫ no tariorꝫ q̄ꝫ mei·L·notarij infraſcripti· Et vt eidem ſumpto copie et exemplo tanq̄ꝫ ſuo auctentico et originali libro et partitis pre dictis deinceps pleniſſima et indubitata fides in iudicio ⁊ extra adhibeatur:eidem ſumpto copie et exemplo ſuam et cōmunis flo rentie quibus fungitur auctem interpoſuit pariter et decretum· decreuit et mandauit dictus dñs iudex dicto ſumpto copie ⁊ exē plo tanq̄ꝫ dictis originalibus partitis dicti libri a quibuſcunqꝫ credi et ſtari et fidem plenniſſimam adhiberi·

¶ Acta facta et geſta ⁊c· ¶ Ego·L·⁊c·Facias ſubſcriptio nes vt ſupra in ſumpto inſtri.et ſi adhibes vnū notariū tm̄:non facias de alijs mentionem·

¶ Prohemium protbocolli notarij.

